

« fontes arescunt, omnis humor ima petit, su-
« pera deserit, aer fervet, serenitas torquet,
« tranquillitas poena est, aestuant noctes, dies
« arescunt, sata torrentur, arbusta ægrotant,
« etc., iram Dei universa creatura testatur. » Quia
verò nunc siccitatem, et quasi incendium quod-
dam misit in terram, quo illius viriditatem et
speciem exussit, et arentes reddidit aquarum
scatebras, ideò Ecclesiast. cap. 48. facula vi-
detur appellari ardens verbum illius, quia ma-
gnum apud idololatrias excitavit incendium, et
illorum delicias, imò et necessaria commoda
combussit. Nam cum dixisset: *Elias propheta
quasi ignis, et verbum ipsius quasi facula ardebat,*
causam deinde videtur indicare: *Quia induxit
in illos famem.* Et statim, *verbo Domini continuit
cælum, et dejecit de cælo ignem ter.* Sanè idem
Chrysostomus in homiliâ de Petro et Eliâ,
quam posteriori hoc seculo Latinam accepimus,
verbum Eliæ in hâc invehendâ sterilitate et fame
febrem appellat, quæ ardor quidam est et vim
habet igneam. « Vixdum, inquit, exierat sermo
« ejus, cum subito mutatus aer, cælum æneum
« factum: idemque sermo in terræ viscera
« tanquam febris incubuit. Et è vestigio exarue-
« runt omnia, omnia solitudine ac vastitate
« horruerunt, herbæ siccatae sunt, plantæ simul
« et arbores, tum frugiferae, tum steriles, » etc.

Hic valdè nobis considerandum est quàm sit
Deus de suorum alimento sollicitus, qui rerum
naturas mutat, aut naturales rerum propen-
siones, quia sic exigit illorum necessitas, qui
divinæ se fidei et curæ crediderunt, suarum
rerum et commodorum immemores. Multa ad-
duci possent et nostro et antiquis seculis exem-
pla eorum quos belluæ aluerunt immanes, et
defenderunt à feris, et alia præstiterunt ob-
sequia, qualia teneris infantibus indulgere so-
let materna sedulitas. Hoc tamen, quòd in
præsenti habemus, illustrissimum est. Nemo
ignorat quàm sit voracitate corvus, quàm aviditate
et studio carnes quærat, à quibus, etiamsi
maximè forteant, non continet voracissimam ra-
biem. Adde quòd avis est inhumana et in filios
etiam, ut notavit Chrysostomus homil. 2 de
Eliâ, crudelis, quos è nido deturbat implumes,
et omninò morituros, nisi Deus speciali quâ-
dam providentiâ foveret atque aleret, de qui-
bus est illud Psal. 146: *Et pullis corvorum in-
vocatibus eum.* Et Job. 38, v. 41: *Quis præparat
corvo escam suam, quando pulli ejus clamant ad
Deum vagantes, eò quòd non habeant cibos?* Hi
ergo qui filios despiciunt, quos famarcto natura
vinculo conjunxit, qui tam avidè sibi cibos

undecumque venantur, neque à putridis absti-
nent carnibus, quò suam sibi rabiem voracis-
simam expleant, abstinent tamen stimulantem
fame ab optimis carnibus, easque illibatas affe-
runt ad prophetam. Fuisse porrò videntur corvi
familiares Eliæ in ipso torrente Carith, juxta
quem tutum habuit, et occultum hospitium,
ex quo, ut erat necesse, potùs gratiâ egredie-
batur non infrequenter. Corvos autem propè
torrentes habitare, qui naturæ sunt calidissimæ,
et ipsa docet experientia, et habemus expres-
sum Proverb. cap. 30, vers. 17: *Oculum qui
subsannat patrem, et qui despiciit portum matris
suae, effodiant eum corvi de torrentibus.*

Vulgatus ex Hebræo dicit mane et vespere
allatos esse panes et carnes ad Eliam; Septua-
ginta transtulerunt: *Panes mane et carnes ves-
peri.* Fortassè transtulerunt non aliter quàm
vulgatus interpres, et vitio temporum aliquid
est in eorum translatione mutatum. Sanè, ut
est in vulgatâ translatione, legit Theodoretus
et Chaldæus, neque aliter habet editio Com-
plutensis. Fateor antiquos Patres sic habere,
ut habent communiter Græci codices.

VERS. 7. — POST DIES AUTEM SICCATUS EST
TORRENS: NON ENIM PLUERAT SUPER TERRAM.
Experti sunt antiqui non infrequenter, et nos-
tro seculo non semel vidimus exaruisse fontes,
et torrentes aquarum conversos in sitim. Hoc
idem accidit Eliæ tempore, cui siccatò tor-
rente necesse fuit mutare locum ut sitim seda-
ret, quam ex tanto, tamque copioso torrente
explere non poterat. Ex quo colligo conjecturâ
non infirmâ latuisse diù, ad triennium fortassè,
ad torrentem Carith: nam tales fontes, qualia
videntur esse illius torrentis capita, etiamsi
cælum videatur ferreum, exiguo tamen tem-
pore siccati non solent: hic verò usque ad eò
siccatò est torrens, ut neque satis habuerit
aquæ pro unius hominis sedandâ siti. Talis
esse videtur sitis illa, quæ accidit Jeremiæ
tempore cap. 14, ubi servi aquatum missi, quia
exhaustæ fuerant cisternæ, et siccati fontes,
vasa domum vacua reportaverunt.

NON ENIM PLUERAT SUPER TERRAM. Dubitant
hic interpretes an illa sitis, et cœli quasi fer-
rea natura totam arefecerint terram, vel par-
tem aliquam terræ promissionis, quam decem
tribus occuparunt, quas imperio suo subjece-
rat Achab. Mihi placet quòd visum est Abu-
lensi quæst. 9, nempe in terrâ tantum Israel
siccitatem illam contigisse, quia Deus Israeli-
tarum tantum peccata punire voluit, qui, verâ
atque avitâ religione proditâ, idolorum insa-

niam amplexi sunt. Neque minâ illæ, de quibus
nuper, omnibus sunt à prophetâ intentæ, sed
Achab, ut constat: neque tam durum se pro-
pheta in omne hominum genus ostendit, et in
omnem terram, cum neque omnium cognosceret
mores, neque haberet cur in gentem ignotam
illius inflammaretur zelus. Quod sentit Josephus
lib. 8, cap. 7, ubi fidem allegat externam, quæ
hanc famem non in omni terrâ contigisse affir-
mat: « Meminit, inquit, hujus inopiæ pluviarum
« etiam Menander in gestu Ithobali Tyrionum
« regis, sic scribens: Hoc regnante etiam plu-
« viarum defectus fuit ab hyperberetæo mense
« usque ad insequentis anni hyperberetæum
« continuus, qui cum supplicationes indixisset,
« secuta est magna vis tonitruum. » Hic rex
Tyrionum in idem incidit tempus cum Achab.
Ab hoc Menandro id saltem habemus, non fuisse
famem illam universo communem. Cæterum
in eo peccat externus iste historicus, quòd uno
tantum anno defectum tradit fuisse pluviae, ab
hyperberetæo usque ad sequentis anni hyper-
beretæum id est, mensem octobrem, cum
constet ex Luc. 4, Jacobo cap. 5, tres annos
durasse et sex menses. Deinde si putet in re-
gione Tyrio regi subjectâ contigisse, quia for-
tassè in regione tantum Israelitide fuit ille
pluviarum defectus; sed auctor ille nihil aliud
affirmit quàm Ithobalo regnante contigisse fa-
mem; de loco autem nihil tradit definitò. Acce-
dit autem huic historico, quòd aliis fermè om-
nibus, qui historias sacras protanis inseruerunt,
quales fuerunt Herodotus, Justinus, Cornelius,
Tacitus, qui multa asserunt, multa pervertunt,
redduntque è sacrâ profanam, et sæpius fabu-
losam omninò narrationem.

Ego sic arbitror, in eâ tantum regione acci-
disse famem, quæ tunc Achab suberat imperio.
Quòd mihi illa præcipuè ratio persuadet, quia
Deus illud peccatum punire voluit in Achab
regioneque illâ, cui tunc imperio præerat,
quòd proximè ante propheticas minas anteces-
serat. Illud porrò fuit, ut constat ex fine ante-
cedentis capitis, quia plantavit lucos, coluit
Baal, et in illam impietatem nimis obsequen-
tem, et facilem populum induxit. Deinde, quia
ubi primum Baal sacerdotes interfecti sunt,
statum ærei cœli liquefacti fuerunt, et depulsa
James quæ jam videbatur inveterasse trien-
niali mora. Neque id Deo iniustatum est, ut
largum in unam civitatem imbrem demittat, et
aliam omninò relinquat arentem, si peccata
clamant, et ipsos pluviarum fontes, et quasi
conceptacula exhauriunt. Quâ de re nos pluri-

bus ad illud Amos cap. 4, v. 7: *Et pluit super
unam civitatem, et super alteram civitatem non
pluit,* quæ tu vide, quia ad hujus loci explica-
tionem plurimum conducunt.

Sed dices Christum apud Lucam, cap. 4,
v. 25, omnem terram hoc tempore aquarum
penuriâ laborasse: *Multæ, inquit, viduæ erant
in diebus Eliæ in Israel; quando clausum est
cælum annis tribus et mensibus sex, cum facta
esset fames in omni terrâ.* Sed est ad hæc ex
Scripturæ consuetudine solutio non difficilis.
Ut enim Hieronymus docuit ad illud Isai. 13: *Ut
disperdam omnem terram,* cum Scriptura om-
nem terram, aut aliquid simile dixit, non
omnem absolutè, sed juxta materiam orationi,
seu disputationi subjectam intelligendum est.
Exempla sunt plurima. Primum hoc ex Isai.
cap. 13, de quo proximè, ubi, ut explicat ibi
Hieronymus, non intelligitur totus orbis, sed
terra Babylonis et Chaldæorum, de quâ tunc
erat sermo. Et Cyrus apud Esdras cap. 1,
dicebat: *Omnia regna terræ dedit mihi Dominus,*
nempe Assyriorum. Sic Lucas cap. 2: *Exiit
edictum à Cæsare Augusto, ut describeretur uni-
versus orbis,* subjectus nempe Romanæ ditioni.
Actuum cap. 2, Judæi convenisse dicuntur *ab
omni natione, quæ sub cælo est,* id est, ab illis
nationibus in quibus habitabant Judæi. Sic
ergo omnis terra illa dicitur, cui imperabat
Achab, et ubi habitabant illi, qui iisdem se
cum Achab peccatis implicuerant.

Sed urgebis adhuc vicinam civitatem Sareph-
tham, quæ extra fines erat Israeliticos, eodem
tempore laborasse fame. Nam Sarephthana
vidua, ad quam Elias missus esse dicitur, eò
adducta est necessitatis, ut consumpto farinae
pugillo statim sibi moriendum esse diceret.
Quidam dicunt civitatem illam pertinere ad
terram Israel, licet tunc occuparetur à Sido-
niis, atque ideò famem illam extra Israeliticos
fines non esse grassatam. Quæ solutio non
admodum objectioni satisfacit; nam neque
civitas illa, neque alia ex his quas incolere
Sidonii, parebat regi Achab, neque recens
aliquid sub id tempus admiserat, cur tunc
potius in se divinum furorem inflammaret;
atque ideò quòd ad supplicium istud spectat,
regio illa censeri potuit non Israelitica. Re-
spondere aliquis posset hanc Sarephthanam
feminam esse Israelitidem, et civitatem illam
Israeli finitimam non tam à Sidoniis quàm ab
Israelitis habitari: dici autem Sarephtham
Sidoniorum, quia non procul abest à Sidoniis,
et eo nomine distingueretur ab aliâ Sareph-

thâ, quæ à Sidoniorum provinciâ atque convictu recessisset. Quemadmodum Isai. cap. 8, v. 1, eum duæ sint Galilææ, et utraque ad terram promissionis ab Israelitis tunc temporis occupatam pertineat, tamen altera Galilæa nominatur gentium, quia gentilium terminos attingit, et eo nomine distinguitur ab alterâ. Hanc ego solutionem probarem magis, nisi Christus ipse ad aliam me sententiam cogeret. Luc. cap. 4, v. 25, ubi Sarephthanam viduam gentilem esse dicit, et à viduis Israelitici generis omnino secernit. *Multæ, inquit, viduæ erant in diebus Eliæ in Israel, quando clausum est cælum annis tribus, et mensibus sex, cum facta esset fames multa in omni terrâ, et ad nullam illarum missus est Elias, nisi in Sarephtha Sidoniæ ad mulierem viduam.* Quod etiam probat exemplum, quod continenter inducitur: *Multi leprosi erant in Israel sub Eliseo propheta, et nemo eorum mundatus est, nisi Naaman Syrus.* Hæc omnino cogunt me ne ullo modo posteriorem hanc explicationem admittam, et aliam excogitem, quæ, si non omnino vera, majorem tamen habere videtur speciem veritatis.

Tota regio, quæ ad Tyrios et Sidonios spectat, cum ad alios utiles naturæ necessitati provenus commodissima sit, ferendis tamen frugibus est importuna. Quare nisi aliunde comportetur frumentum, patiatur oportet gravem et penè necessariam famem. Quocirca, ut vidimus supra, cap. 5, ad v. 9, pro magno labore atque impendiis, quæ in templi fabricam contulit Tyriorum rex, id sibi mercedis à Salomone postulavit, ut domi suæ ex Israelitide terrâ cibum præberet: imò, ut Josephus vult lib. 8, cap. 2, id exigit, sibi ut liceat ex Israelitide terrâ non gratis, sed venale comportare frumentum. Et Actuum 12, v. 20, cum Herodes in Cæsaream secederet, ad illum statim officii atque honoris ergo Tyrii advolârunt, atque Sidonii, ut illum sibi placarent, quem infensum, et indignatum esse ex usu suo fore non putabant. Eò quòd alerentur regiones eorum ab illo, quasi dicat eò quòd fame ipsi esset perendum, nisi ex regione illâ finitimâ, et frumenti feraci paratam haberent alimoniam. Laborabat ergo fame Sarephthana civitas, quia cum vicina provincia, quæ horreum erat Sidoniorum, nihil triennali spatio tulisset frumenti, illi necessarium illud vitæ subsidium defecerat, quod neque venale quidem comportari poterat. (1)

(1) VERS. 9. — VADE IN SAREPHTHA SIDONIORUM, quæ ditionis est Tyriæ. Jacebat Sarephtha inter Tyrum et Sidonem, Sidoni tamen propior. Quæ

VERS. 10. — DA MIHI PAULULUM AQUÆ IN VASE, UT BIBAM. Rab. Salomon (ut dicit Lyra, neque improbat, nec certè probat. sequiturque Cajetanus) dicit ignorasse Eliam in cujus viduæ

vidua hospitio Eliam exceperit, eam profanis superstitionibus addictam fuisse, verisimillimum est. Sarephtha urbs erat pagana, docetque non obscurè Jesus Christus mulierem hanc religione alienam fuisse ab Israelitica, iis verbis: *Multæ viduæ erant in diebus Eliæ, et ad nullam missus est Elias, nisi in Sarephthâ Sidoniæ, ad mulierem viduam.* Non satis constat, utrùm Deus viduam hanc, cujus illi hospitium destinaverat, Eliæ prius indicaverit; an Eliam miserit tantum in Sarephtham, datâ spe futurum ut ibi hospitium suam monstraret. Sunt qui credant, tunc etiam cum ab eâ muliere potum propheta petiit, non satis adhuc illum agnovisse, sed variis interrogationibus veluti per gradus tandem intellexisse, hanc ipsam esse ad quam missus veniebat. (Calmet.)

Allegor. Elias significat Christum, qui persecutionem patiens à Judæis, Evangelium suum transtulit ad gentes, ut explicat ipse Christus Lucæ 4, 25.

Audi auctorem Mirabilium S. Scripturæ, lib. 2, cap. 48: « Idcirco ad Sarephtham Sidoniorum saturandus propheta mittitur, ut per illum bona et fidelis vidua pasceret. Ne verò quem moveat, quòd Sidoniorum terra hanc eandem plagam pariter cum Israel perpessa erat, dum inde Jezabel persecutrix prophetarum, et totius vindictæ et facinoris causa, Sidoniorum regis filia, paternam originem ducebat. »

PRÆCEPI ENIM IBI MULIERI. Præcepi, id est, ordinavi, disposui, providi; non enim propriè Deus præceperat viduæ, cum ei non esset locus; imò vidua petenti Eliæ frustum panis, negavit se illud habere, v. 12. Si quis tamen contendat Deum revelasse viduæ adventum Eliæ, ac jussisse ut eum exciperet et pasceret eo modo quo Elias postulaturus erat, non repugnabo. Fuit hæc mulier gentilis, utpote Sidonia, sed religiosa et devota, ait S. Chrysost. hom. 3 de Eliâ, et Abul. q. 24.

(Corn. à Lap.)

Le Seigneur lui dit: *Allez à Sarephtha, qui est une ville des Sidoniens, et demeurez-y; car j'ai commandé à une femme veuve de vous y nourrir.* Jésus-Christ nous fait remarquer dans l'Évangile la grâce toute particulière que reçut cette femme veuve lorsqu'elle fut préférée à toutes celles qui étaient dans la Judée. *Je vous dis en vérité, s'écrie-t-il, qu'il y avait plusieurs veuves en Israël, au temps d'Elie, lorsque le ciel fut fermé pendant trois ans et demi, et qu'il y eut une si grande famine dans toute la terre. Et néanmoins Elie ne fut envoyé chez aucune d'elles, mais chez une femme veuve de Sarephtha, dans le pays des Sidoniens.* Sur quoi S. Augustin dit que la raison pour laquelle nulle des veuves Israélites ne mérita de nourrir Elie, et qu'on envoya ce saint prophète à une veuve étrangère, était que cette veuve figurait l'Église des gentils, aussi bien que les corbeaux dont on a parlé. « Ainsi, dit-il, Elie, qui s'en va trouver la veuve de Sarephtha dans le pays des Sidoniens, est la figure de Jésus-Christ, qui devait

pascendus esset hospitio; atque ideò hoc ipsum aliquo signo explorare voluisse, cumque audisset servum Abrahæ eo signo didicisse, quænam Isaac futura esset uxor, id ex aquæ

venir à l'Église des gentils, étant rejeté et persécuté par les Juifs. » S. Ambroise explique de la même sorte ce qui regarde cette veuve, l'entendant aussi de l'Église. Mais saint Augustin fait encore une excellente réflexion sur l'ordre que Dieu donna à son serviteur d'aller trouver cette veuve. « Le Seigneur, dit-il, nourrissait ce saint prophète par le ministère d'un corbeau dans le temps de la famine, et lorsque les hommes le persécutaient, il était servi par les oiseaux mêmes. Celui donc que Dieu nourrissait ainsi, n'était pas dans l'indigence, et cependant on l'envoie à une veuve de Sarephtha, et on lui dit: *Allez, cette veuve vous nourrira.* Est-ce que Dieu lui avait manqué, lorsqu'on l'envoyait ainsi à une veuve pour être nourri? Ne pouvait-il pas continuer de lui envoyer toujours les mêmes corbeaux pour lui apporter sa nourriture? Et Elie n'aurait-il pas pu se procurer à lui-même, par la vertu de sa foi, l'assistance qu'il donna depuis à cette veuve? Mais si Dieu avait toujours envoyé du pain à son serviteur sans le ministère d'aucun homme, cette veuve aurait été sans récompense. Ainsi, celui qui n'avait manqué de rien jusqu'alors, reçoit ordre d'aller trouver celle qui était dans le besoin, afin qu'il en fût nourri, et Dieu ayant employé le ministère des corbeaux pour l'assister, lui rend encore nécessaire l'assistance de cette pieuse veuve, afin qu'elle même, en nourrissant un si saint homme, s'attrât une plus grande abondance de toutes sortes de bénédictions. Car il est certain que les serviteurs de Dieu ne se trouvent quelquefois dans le besoin, qu'afin que la charité de ceux qui ont quelque chose pour les assister, soit mise à l'épreuve à leur égard. Que nul donc, continue ce Père, ne s'enorgueillisse de ce qu'il donne à un pauvre, puisque Jésus-Christ a été pauvre; que nul ne s'éleve de ce qu'il exerce l'hospitalité à l'égard d'un étranger, puisque le Sauveur à lui-même, comme un étranger, reçut l'hospitalité. Cet hôte est plus grand que celui qui le reçoit; il est plus riche que ceux qui lui donnent, et c'est de lui que ceux qui lui donnent quelque chose, ont reçu ce qu'ils lui donnent. Que nul assistant un pauvre ne dise en son cœur avec orgueil: *C'est moi qui donne, c'est ce pauvre qui reçoit, car peut-être que celui que vous recevez, comme cette veuve reçut Elie, est un juste.* S'il manque de pain, craignez que vous ne manquiez vous-même du pain de la vérité, qui vous est encore plus nécessaire; s'il demande l'hospitalité en votre maison, vous devez sans comparaison avec plus d'ardeur demander une demeure dans le ciel; si l'argent lui manque, combien vous manque encore davantage la justice? »

Le même saint, qui a observé avec soin jusqu'aux moindres circonstances de cette histoire, fait une remarque considérable sur ces paroles de Dieu: *J'ai commandé à une femme veuve de vous nourrir, car il demande de quelle*

poculo cognovit: ad hujus igitur exemplum aquam prius postulavit à femina, quam ex habitu viduam esse cognovit; quam cum illa hilari vultu promisisset, panem præterea po-

sorte et par qui Dieu lui avait fait ce commandement, puisqu'il n'y avait presque plus alors aucun prophète que la cruauté de Jézabel n'obligeât de se cacher. Mais il ajoute que cet ordre du Seigneur était une inspiration intérieure de sa grâce, par laquelle il parla secrètement au fond de son cœur, pour lui faire exécuter sa volonté. « Et c'est en cette manière, ajoute ce saint, que toutes les fois qu'un homme fait quelque bien, Dieu parle à son cœur, ce qui le doit engager à rendre gloire à Dieu seul. »

VERS. 10, 11, etc. — *Elie aussitôt s'en alla à Sarephtha. Lorsqu'il arriva à la porte de la ville, il aperçut une femme qui ramassait quelque bois, etc.* Dieu fit connaître sans doute à Elie que cette femme qu'il rencontra était celle vers laquelle il l'envoyait. C'est pourquoi il lui demanda de l'eau et du pain. Il suffit de lire tout simplement cette histoire pour y admirer la conduite de l'esprit de Dieu, qui remue également et la langue du prophète, et le cœur de cette veuve, et qui, en nous faisant voir dans cette femme, comme le remarquent saint Cyprien et saint Jérôme, une image de la parfaite charité qui porte à se dépouiller même de son nécessaire, pour en assister les autres, nous représente dans la personne d'Elie, ce que peut la reconnaissance et la foi de ceux qu'on a assistés, lorsque Jésus-Christ, prenant leur place, et regardant véritablement la charité qu'on leur a faite, comme s'il l'avait reçue lui-même, en rend plus que le centuple à ceux qui l'ont faite, et les comble de toutes sortes de bénédictions. Nous ne nous arrêtons donc point à faire ici remarquer ce qui est tracé par le doigt de Dieu d'une manière si vive dans cette histoire, qui frappe nécessairement notre esprit par l'éclat de sa lumière. Et ceux qui vivent dans l'abondance, lorsque leurs frères meurent de faim, et qui méprisent de les assister, comme parle l'Évangile, des miettes qui tombent de dessus leur table, trouvent l'arrêt de leur condamnation écrit en ce lieu avec des caractères qu'ils ne pourront effacer qu'en imitant quelque chose de la généreuse charité de cette veuve; car étant près de mourir de faim avec son fils, elle ne craint pas de donner encore du peu qui lui reste à celui qui lui demandait l'hospitalité, et elle le lui donna, dit saint Cyprien, en un temps où Jésus-Christ ne lui était point encore connu, où elle n'avait point encore reçu ses préceptes, et où n'ayant point été rachetée par sa passion et par sa croix, elle ne se sentait point obligée de payer en quelque sorte le sang d'un Dieu par un peu de pain et d'eau. *Et illa nondum Christum sciebat; nondum præcepta ejus audierat; non cruce et passione ejus redempta, cibum et potum pro sanguine rependebat.*

Mais outre le sens littéral de cette histoire, qui est rempli d'une grande instruction, saint Augustin y en trouve encore un autre plus spirituel, qui regarde Jésus-Christ et toute l'Église: « Comme cette veuve, dit ce saint

stulavit. Quod, meo iudicio, qui sic conjectant, non mihi admodum à bonâ conjecturâ videntur aberrâsse. Licet Abulensis non probet quæst. 27.

VERS. 12. — EN COLLIGO DUO LIGNA, UT INGREDIAR, ET FACIAM ILLUM MIHI (1). Hæc omnia obscura non sunt. Illud, *duo*, ex Hebræorum usu, credo etiam ex aliarum gentium, exiguum significat numerum. Sic lib. 2 Regum c. 15, v. 6, Amnon de manu sororis Thamar duas sorbi-

docteur, était la figure de l'Eglise, le fils de cette veuve était la figure du peuple chrétien. Lors donc qu'Elie vient à Sarephtha, cette veuve sort pour ramasser deux bâtons de bois. Considérez que l'Ecriture ne dit pas de cette femme qu'elle voulait ramasser un bâton de bois, ni trois, ni quatre, mais deux, ce qui nous marque d'une manière mystérieuse qu'elle était Jésus-Christ même qu'elle recevait en la personne d'Elie, et que lorsqu'elle voulait ramasser deux bâtons de bois, elle cherchait à connaître le mystère de la croix; elle cherchait, avant qu'elle mourût, ce qui devait la faire vivre pour toujours: *Quærebat mortura unde semper esset victura*; car la croix de notre Sauveur est composée de deux bâtons ou de deux morceaux de bois: ainsi cette veuve ramassait ces deux bâtons, pour nous marquer que l'Eglise croirait en celui qui a été attaché aux deux bâtons de la croix. Ce qu'elle dit à Elie, ajoute saint Augustin, qu'elle venait ramasser du bois, pour apprêter à manger tant pour elle que pour son fils, afin qu'ils mourussent après qu'ils auraient mangé, est très-véritable; car nul ne méritera de croire en Jésus-Christ crucifié, s'il ne meurt au siècle, et quiconque prétendra manger dignement son corps, sera obligé nécessairement de mourir à tout ce qui est passé, pour ne vivre plus que d'une vie toute nouvelle et digne de l'éternité.)

Saint Jérôme, après avoir admiré la charité extraordinaire de cette veuve, qui préféra, comme il le dit, à sa propre vie et à celle de sa famille, l'assistance du prophète Elie; qui choisit plutôt de mourir que de perdre le mérite de l'aumône, et qui ayant, pour parler ainsi, semé un peu de farine et d'huile, en recueillit, par la libéralité du Seigneur, une abondante moisson, prend sujet, aussi bien que saint Augustin, d'en faire une excellente application à Jésus-Christ. Il y avait, dit ce saint, une très-grande famine dans la Judée, lorsque le grain de froment y était mort (en la personne de Jésus-Christ); mais on vit ensuite des ruisseaux d'huile couler dans l'Eglise, qui est sa veuve, par son infinie miséricorde qui se répandit sur les gentils. *In Judæâ frumenti est penuria; granum enim tritici ibi mortuum fuerat, et in gentium viduâ olei fluentia manabant.* (Sacy.)

(1) ET FILIO MEO; sic et Chald., hoc enim est Hebr. *libni*; verum Septuag. aliis punctis legentes *lebanai*, vertunt, *filii mei*; significant ergo eam plures habuisse filios, quibus panem eripuit, ut daret Eliæ. Eo major fuit ejus virus. Ita Eucher. (Corn. à Lap.)

ciunculas sumere desiderabat, id est, pauculas. Et Isai. cap. 7, ea dicitur futura familiarum tenuitas, seu habitatorum paucitas, ut duæ oves, id est, paucæ possent ad satietatem usque sustentare familiam. Et Latini passim hoc numero paucitatem, aut brevitatem significare solent, quibus familiare est, *audi duo verba*, aut *unum et alterum verbum*, id est, sermonem brevissimum, quod etiam in suo idiomate servat Hispanus. Sic ergo nunc vidua duo ligna, id est, pauca quærit, ut faciat, id est, paret ad cibum pugillum illum farinæ.

VERS. 13. — VERUMTAMEN MIHI PRIMUM FAC DE IPSA FARINULA SUBCINERICIUM PANEM. Crudelis planè videretur Elias, nisi quis futurus esset eleemosynæ fructus prius à Domino didicisset, cum ex pugillo farinæ, qui pro duorum alimento reliquus fuerat, partem aliquam, neque pro ipsius tenuitate modicam petierit; sed illum ab omni inhumanitatis suspitione liberat de rerum omnium abundantia divina promissio. Fuit quidem, licet mole, et naturâ suâ exiguum, opus illud misericordiae, quo mulier illa prophetæ necessitatem levare voluit: quid enim tantum est farinæ pugillus, vel potius ex farinæ pugillo pars exigua? sed certè magnum est alicuius impendisse sanguinem, impendisse spiritum, et vitam, quæ omnino exiguo illo alimento sublato conservari non poterat. Atque ideò digna fuit Sarephthana vidua, quæ aliis fame interea pereuntibus, ipsa pro se ac filio alimento abundaret necessario, quando ad prophetæ votum, tam se suæ ac filii vitæ prodigam et immemorem præbuit. Hinc discant illi, quibus tenuis est et angusta fortuna, sibi non deesse, quo divinam sibi misericordiam mereantur, si ex eo quod sibi necessarium habent, licet illud sit exiguum, quia in eo pars etiam sanguinis et vitæ exhauritur, non esse quod confertur exiguum. Ostendit hoc Christus, Luc. cap. 21, v. 2, in viduâ pauperulâ, qualis fortassè erat hæc Sarephthana, quæ cum duo tantum minuta in gazophylacium conjecisset, alii verò multa atque luculenta munera, dixit tamen Christus gratius esse, ac majus illud pauperulæ viduæ ad speciem tenuæ et contemnendum obsequium, quam omnia dona, quæ liberali divites, atque ambitiosâ manu contulerunt. Verè... (ait Christus) *vidua hæc pauper plusquam omnes misit: nam omnes hi ex abundantia sibi miserunt in munera Dei: hæc autem ex eo, quod deest illi, omnem victum suum quem habuit, misit.* Ac si diceret: Alii sua, imò ex suis superflua; hæc verò suum sanguinem,

et vitam, et quodammodò seipsam largita est.

Subcinericius panis ille dicitur, qui prunis, ferventique cineri supponitur, et tegitur, quem Græci *ὑπερπικρίαν* appellant, qui facilè paratur, atque ideò in hospitem adventu sæpiùs auditur. Hunc Elias parari sibi postulat, tam quia ille brevi tempore, levique operâ torreretur poterat, tum quia in illo non inveniebantur illæ deliciae quas captare solet delicatiorum hominum voluptas. Vide quæ de hoc subcinericio pane diximus ad illud Osee c. 7, v. 8: *Ephraim factus est quasi subcinericius panis, qui non reversatur.* (1)

VERS. 14. — HYDRIA FARINÆ NON DEFICIET, NEC LECYTHUS OLEI MINUETUR. Hic multa Patres et interpretes de misericordiâ, quæ non attenuat, aut exhaurit opes; sed potius amplificat redditque diuturnas. Dedit Eliæ farinæ pugillo modicum panem, quod id consecuta est, ut ad longum tempus alimentum sibi ac suis necessarium paraverit. Vide Chrysostomum homil. de Eliâ, Ambrosium lib. 1 de Abraham cap. 5, et lib. de Viduis. (2)

(1) VERS. 13. — VERUMTAMEN MIHI PRIMUM FAC DE IPSA FARINULA SUBCINERICIUM PANEM. Mysticè Eucherius: *Panis subcinericius, inquit, est penitentium satisfactio, juxta illud Psalmi 104: Quia cinerem sicut panem manducabam, et potum meum cum fetu temperabam; his enim satisfactio Dominus se pasci hortatur.*

MIHI PRIMUM FAC. Causam dat S. Prosper, p. 2 Prædict. c. 29: *Ut misericordia, ait, primum occupet locum, quam præire ante faciem Dei Scriptura testatur; ex ipso enim omnis copia.* Sic S. Ludovicus rex Franciæ, priusquam ipse pranderet, centum pauperibus prandium dabat. (Corn. à Lap.)

(2) VERS. 13. — QUÆ ABIT, ET FECIT JUXTA VERBUM ELIÆ. Mira fuit hujus viduæ fides, obedientia, liberalitas, ut modicum farinæ sibi ad vitam necessarium daret Eliæ, qui famem hanc induxerat. Unde exclamat Eucher: *O magnificum mulieris animum! ò immutabile mentis propositum! ò verè venerabile per secula factum! poculum petit, mox offert, et quod regibus jam forsitan deerat, quod divites non habebant, hoc vidua ex abundantia erogabat.* Pascit pane, quæ cum filio die postero erat moritura, nec habere se negat, sed fatetur simpliciter, nec metuit prodere veritatem, et non tam postulanti, quam quodammodò exigenti omnem causam pandit in medium; quantitatem victus, et numerum personarum, ut non tam hospitem velit habere quam judicem. Et inferius: *Erat in illo tempore spectaculum angelis hominibusque gratissimum, quòd inter gentes in terrâ profanâ vidua mulier tam tunc esset filia Abraham multò hospitalior ipso parente, multò humanior fidei genitore.* Erat quidem Abraham hospitalis, et erga peregrinos magno deten-

VERS. 17. — ÆGROTAVIT FILIUS MULIERIS MATRIS FAMILIAS, ET ERAT LANGUOR FORTISSIMUS, ITA

tus affectu; sed erat verè opulentus, erat dives. Et paulò post: *Studio humanitatis omnem vim despexit naturalis affectus, non de se, non de parvulis sollicita; nihil eam à mentis proposito revocavit, nec proprii sexus infirmitas, nec materna erga parvulos viscera pietatis; occidit in se naturæ officia hospitalitatis intuitu, et effectus est devotus erga hospitem matris animus filiorum crudelè sepulcrum.* (Corn. à Lap.)

VERS. 16. — ET EX ILLA DIE HYDRIA FARINÆ NON DEFECIT, ET LECYTHUS OLEI NON EST IMMINUTUS, non per rarefactionem, sed additionem novæ farinæ et olei continuam, ait Abulensis. Unde ex eo deinceps sustentata fuit vidua cum filio, quin et Elias ipse, ut patet v. 20. Meretur hoc fides et sanctitas Eliæ, item obedientia et eleemosyna viduæ, quæ modicum farinæ quod habebat, dederat Eliæ. Ita S. Prosper lib. 2 de prædict. et promiss. cap. 29, quem audi: *Sic anima fœneratur Deum; sic dum dat in necessitate, sibi consulit ad salutem.* Sic repletur anima quæ corpore abscedente Domino, castigantem diligens, unius tori fidem pudico amore custodit, sacramento farris et olei unctione munita, securâ expectans gratiam pluviam, cum ei dixerit Dominus: *Euge, serve bone; quia in modico fuisti fidelis, intra in gaudium Domini tui.* Audi et Eucherium liberalitatem et virtutem hujus viduæ admirantem, et hoc elogio remunerantem: *Facta est igitur manus viduæ perenne torcular, et mola jugiter fundens. Ecquid dico mulieris manum? In verbo prophetæ tota domus viduæ piorum cellarium facta est. Non ibi ros, non pluvia, non veris aura, non calidi soles, non nimbus necessarius, non aratrum, non agricola, non colonus, sed omnia et in omnibus sermo prophetæ affatim viduæ ministrabat.* Pascientem se viduam pavit Elias. Audi S. Hieron., epist. 10 ad Furiam: *Recordemur viduæ Sarephthanae, quæ et suæ et filiorum salutem Eliæ prætulit famem, ut in ipsâ nocte mortura cum filiis superstitem hospitem relinqueret, malens vitam perdere, quam eleemosynam; et in pugillo farinæ seminarium sibi messis Dominicæ præparavit.* Farina securitur, et olei capsaces nascitur; in Judæâ frumenti est penuria; granum enim tritici ibi mortuum fuerat, et in gentium viduâ olei fluentia manabant. Simili modo S. Euthymius (cujus sanctitas toti orbis sub Justiniano imperatore inclaruit), farinâ in monasterio deficiente, illam multiplicavit, dicens: *Bone estote animo; quantum enim egentibus impertitis, duplum nobis Dominus elargietur.* Spero enim, quòd sicut olim hydria farinæ non defecit, ita nunc minimè sit defectura. Ita Eustachius in ejus Vita, et ex eo Baronius anno Christi 564. Pari ratione Masymas anachoreta instar Eliæ in duobus doliis pro pauperibus multiplicavit frumentum et oleum, ut refert Theodor. in Historia Religiosa cap. 14, quem audi: *Hospitum autem et pauperum tam alacri animo curam gerebat, ut patefaceret portas omnibus qui aderant. Dicitur enim habuisse duo dolia: unum quidem frumenti, alterum verò olei. Ex his semper*